Ad primam & tertiam cõfirmationẽ conſtat ex dictis in præcedenti ſolutione. Iam enim conſtituimus diſcrimen inter duos illos caſus. Ad ſecundam confirmationem dic eodem tenore loqui vtramq; legem: atq; ita ex illis nequire hanc differentiam patere. At ea conſtat ex alijs textibus. Eſt enim textus priuans ipſo iure tutela. (vt nu.10. probaui.) At non eſt textus priuans educatione, ſed arbitrio iudicis cõmittit. Ad ſecundũ principale dic, non valere argumentum. Quia licèt horum caſuum eſſet par ratio, at eſt diſtincta iuris prouiſio, tutela enim diſpoſitum eſt matrem priuari ipſo iure: Secus de educatione. Nec ratio quãtumuis generalis comprehendit caſus ſpeciali aliqua lege deciſos. l. finali, iuncta Gloſſa verb. nolentes. C. de ſilẽtiarijs, lib. 10. de qua per vincentium de Franchis deciſ. 162. num. 14. Et quamuis in tutela in ſe conſiderata principaliùs ſit educatio perſonæ: at quando iura de tutela diſponunt ad effectum priuandi matrem ſecundò nuptam, manifeſtè cõuincitur intelligere de tutela, pro vt bonorum adminiſtrationem importat. Cùm diſtinctus ſit titulus de tutelis, & educatione: ac diſtincta ſit iuris diſpoſitio in vtroq; caſu. Ad confirmationẽ, & ad tertium cum ſua confirmatione, dic verè ea ſuſpicione laborare matrem: & ceſſare fiduciam, qua innitens lex illi educationem concedit: atq; ita regulariter ea priuandam eſſe. At ea ſuſpicio poteſt probationibus honeſtæ vitæ, & famæ præponderantibus elidi. Et ad ſimile de vitrico adductum conſtat ex dictis in 2. probatione huius noſtræ ſententiæ, vbi oſtẽdimus poſſe ipſi aliquando educationem quoq; cõcedi. Ad quartũ, dic hanc non eſſe præſumptionem iuris, & de iure, ſed iuris tantùm, aduerſùs quam probatio admitti poteſt. Quod inde cõſtat, quia ius non decidit ea præſumptione innixũ, matrem omnino priuãdam educatione: ſed id iudicis arbitrio relinquit. Deinde, quia præſumptio hæc deſumitur ex coniecturatis in futurum diſſipatione bonorum, ac inſidijs vitæ pupilli moliendis: cùm tamẽ ea ſit natura præſumptionis iuris, & de iure, vt ſolùm ſumi poſſit ex actibus præteritis. Vt benè docẽt Euerardus in ſuis topicis, loco à tempore ad tempus nu. 2. Et Menochius de præſumptionibus, lib. 1. q. 3. fine. Et ideò eſſe arbitrarium an mater hæc ſecundò nupta ſit priuanda educatione, tradunt Gloſſa. l. 1. verb. quando autem. C. vbi pupilli. Et ibi Albericus nu. 3. Baldus. l. omnem nu. 11. verſ. ſed nunquid. C. ad Tertul. Paulus. l. ſi paterno 25. n. 3 C. de negotijs geſtis. Angelus inſtit. de action. §. actionũ. q. 31. nu. 48. Ripa. l. ex facto. num. 66. ff. de vulgari. Curtius iunior conſil. 94. num. 9. Gregor. Lopez l. 19. verb. que caſare tit. 16. p. 6. Vincentius de Franchis diciſion. Neapolitani. p. 2. deciſione 350. nu. 3. Caldas l. ſi curatorem verb. ſine curatore num. 110. C. de in integ. reſtit. Viuius deciſione 16. nu. 3. Surdus de alimentis tit. 4. q. 13. nu. 18. Et his diebus lite mota in hoc Granatenſi prætorio, ita ſupremorum iudicũ ſententia deciſum eſt. Idem tenent Molina tomo. 1. de iuſtitia, diſput. 224. columna 2. verſ. quando mater. Gutierrez de tutelis 2. p. c. 8. nu. 22.

18 Concurrentibus autem paribus qualitatibus in matre ſecundò nupta, & alijs cognatis, vel tutoribus educationem pupilli prętendentibus, pręferẽda eſt mater. Quia textus. l. 1. C. vbi pupilli, ait qualitatem, & coniũctionem contendentiũ circa pupilli educationem ſpectanda eſſe. At paribus qualitatibus in matre, & alijs, qui contendunt, exiſtentibus, ſuperat mater in coniunctione. Præferenda igitur erit. Quando enim duo cõtendunt circa idem, præualet qui potentius ius habet. l. contra pupillũ. §. finali. ff. de re iudic. & tradũt Romanus conſil. 47. nu. 1. & Barboſa. l. 1. p. 7. nu. 59. ff. ſolu. matri. At mater tunc potẽtiori iure gaudet.

19 Quãdo verò mater eſt ſucceſſura filio, vt quia ſubſtitutio pupillaris ipſam excludens facta non eſt, tunc abſq; dubio dicũt quidam ipſi educationem pupilli denegãdam. Quòd vehemens oriatur ſuſpicio, fore vt vitæ pupilli inſidietur, importunis vitrici præcibus adducta, vt in ea hæreditate ſuccedat. Sic Aymon conſil. 18. nu. 3. volu. 1. Atq; ita Albericus, Curtius Iunior, Grego. Lopez, Vincentius de Frãchis, Viuius, ac Surdus, Gutier. nu. 23. citati. num. 17. in fine, dum dicunt matrem ſecũdò coniugatam ſuſpicione vacantem præferendam in educatione, exemplificant, vt ſi non eſt ſucceſſura filio: quaſi ſupponentes ac manifeſtum, eam excludi tanquam ſuſpectã, quãdo filio ſucceſſura eſt. Imò Curtius, & Vincentius ibidem aiunt ceſſare ſuſpicionem, ſi mater non ſit in tota hæreditate ſuceſſura, ſed in tertia eius parte. Quos Surdus de alimentis tit. 4. q. 13. num. 19. & Gutier. d. nu. 23. reprobat. Quia ea pars hæreditatis ſuſpectam quoq; reddit matrem. Sed hæc

minimè placẽt. Poteſt enim in matre pupillo ſucceſſura, ac vitrico, ea morũ honeſtas reperiri, vt ſuſpicionem inſidiãdi vitæ ob ſucceſsionẽ vincat. Quare non eſt cur tũc educatione priuãda ſit. Id tamẽ cõcedo tũc reddi magis ſuſpectã matrẽ, & hoc eſt quod prædicti Authores volũt, atq; ita maiori morũ honeſtate lucere tũc debet, ne educatio ſibi denegetur.

20 At in patre tranſeũte ad ſecũdas nuptias, certũ eſt hanc pœnã non habere locum. Quòd nullo iure caueatur eũ educatione prolis priuãdũ: nec ob id priuetur tutela: vt probaui. n. 12. vbi & rationẽ diſcriminis inter ipſum & matrẽ tradidi. Et ſic docẽt Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. gloſ. 2. n. 8. Spino ſpeculo teſtam. gloſ. 29. n. 14.

21 Ex his infertur, matrẽ ad ſecundas nuptias tranſeuntem nõ priuari ipſo iure prolis educatione: ac proinde non teneri abſtinere ab ea, donec à iudice priuetur. Quod iuxta vtramq; ſententiam relatam exiſtimo dicendum. Quòd nullus ſit textus priuãs ipſo iure, & nullus Doctor, quẽ viderim, id affirmet.

22 Septima pœna eſt, iuxta aliquos Authores, vt quãuis mater filio mẽtecapto, muto & ſurdo, ac prodigo, cui bonis interdictũ eſt, qui teſtari nequeũt, poſsit exẽplariter ſubſtituere: iuxta. l. humanitat. 9. C. de impub. & alijs ſubſtit. & l. regiã. 11. tit. 5. p. 6. cũ ibi notatis. At ſi trãſeat ad ſecũdas nuptias: ea poteſtate priuatur. Quia poteſtas hæc introducta eſt cauſa humanitatis, vt expreſſè habetur. d. l. humanit. Quæ ceſſat in matre trãſeunte ad ſecũdas nuptias: imò filiorũ inimica, & quaſi nouerca reputatur. l. lex quę tutores. C. de admini. tutor. Secundò, quia priuatur tutela. Ergo & actu vltimę voluntatis. Si enim reputatur ſuſpecta ad bonorũ adminiſtrationẽ filio ſuperſtite, fortiùs cenſebitur ſuſpecta ad adminiſtrationẽ poſt mortẽ. Tandem, quia non obſtat poteſtatẽ hanc ſubſtituẽdi eſſe in fauorẽ filiorũ, ne abſq; hærede decedant: nã etiã tutela in filiorum fauorem cedit, & ipſa priuatur huiuſmodi mater. Et ideò huius ſententiæ ſunt Bartolus l. ex facto, in principio, num. 12. ff. de vulgari, & ibi Alexand. quamuis aliquantulum dubius, nu. 32. verſ. ſed ſi teneremus, & Angelus de Peruſio ibi. n. 4. verſ. 4. Frãciſcus Aretinus. n. 13. fine, & n. 14. & d. l. humanitatis. n. 5. citatur etiã Cumanus. d. l. ex facto, in principio, n. 18. ſed malè, quia dubius manet. Eandẽ tenent Garron. rubrica. C. de ſecund. nupt. in noua edition. nu. 46. pœna. 22. Ioannes Lupus rubrica de donat. inter vir. & vxo. §. 67. n. 14. verſ. ex iſtis. Ferrara in ſua practica, in titulo de forma libelli, quo agitur ex ſubſtitutione, in gloſ. verb. exemplariæ, col. 3. Lancelo. Polytus tractatu ſubſtitutionũ, vbi de exẽplari. nu. 8. (habetur tomo. 8. tractatuum p. 1.) Bartolus de Hucio tract. ſubſtitut. c. 3. de exemplari, nu. 7. (habetur eodem tomo.).) Baldus de Vbaldis tract. ſubſtit. vbi de exemplari. n. 7. (habetur eodem tomo.) Paulus Leonius de ſubſtit. vbi de. 3. ſpecie, quæ eſt exemplaris. n. 47. (habetur eodem tomo.) Matien. lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. gloſſa. 2. num. 37. Spino ſpeculo teſtamentorum, gloſſa. 25. principali. num. 7. & 8. Et ab hac dicit non recedendum in conſulendo, & iudicando, eò quòd communis ſit, Hieronymus Verius in repetitione d. l. ex facto. n. 240.

23 Alij verò non ita indiſtinctè hanc pœnã admittunt, hac diſtinctione vtentes, ſi mater tranſiens ad ſecundas nuptias, ſubſtituat piè, & honeſtè, inſtituens ſuccedẽtem filio ab inteſtato, aut aliũ, quẽ veriſimiliter filius inſtitueret, ſi ſanę mentis foret, valida eſt ſubſtitutio: ſecus ſi corrupto animo taliter nomine filij teſtaretur, vt diſpliceret filio, ſi ſui cõpos eſſet. Veluti ſi eius amaſiũ, aut vitricum inſtitueret. Quia cũ ſubſtitutio hęc humanitatis cauſa introducta ſit, diſſonat à ratione eã valere, quoties inhumana, & impia eſt. Ita ſuſtinent Angel. de Aretio inſtit. de pupillari. §. qua ratione. n. 8. Augelus de Gambellionibus tract. de teſtamentis, gloſ. 81. n. 8 (habetur tom. 8. tractatuum. p. 1.) Rolandin. tract. de teſtam. rubrica. 25. de exẽplari ſubſtitution. nu. 10. (habetur eodẽ tomo) Gulielmus Benedict. c. Raynũtius, verb. ſi abſq; liberis, el. 2. in materia exẽplaris ſubſtitutionis. n. 16. Boerius deciſ. 188. n. 3. Greg. Lopez. l. 11. verb. Las madres, tit. 5. p. 6. Molina tom. 1. de iuſtitia, tractatu. 2. diſp. 185. colum. 3. verſ. vtrùm mater.

24 Quãuis autẽ duę ſententię pręcedentes ſint valde probabiles, at probabilius reputo nõ priuari eam matrẽ facultate exemplariter ſubſtituendi. Quia nullibi in iure ea pœna reperitur ſtatuta. Deinde, quia cũ hoc in maximũ filij furioſi fauorẽ cedat, nõ eſt ęquũ matrẽ hac poteſtate priuari, in filiorũ detrimẽtũ. Et cõfirmatur, quia quãdo tutor eſt ſuſpectus, ꝙ nõ ſatiſdederit, aut nõ fecerit inuẽtariũ, poteſt facere quæ

pupillo vtilia ſunt.l.1.&.2.C.de tuto.& curat. Nec obſtat tutelam eſſe fauorabilē filijs, & extingui per tranſitum matris ad ſecundas nuptias. Quòd tutela abſolutè bene ſit filiorum fauor: at matrem ſecundò nuptam eſſe tutricem filiorū, nō eſt fauor, ſed damnū. Item eā remoueri à tutela parum præiudicat filio, cū iudex alium tutorem aſsignare poſsit. At matre non ſubſtituente exemplariter, nō poteſt iudex ſubſtituentē aſsignare: atq; ita ſine hęrede decedet filius. Tandem, quia quoad noſtros terminos nō valet argumentū à tutela deſumptum. Quia patre ſuſpecto denegatur tutela, & cura filio ſuperſtite.l. ſi cùm dotem.§.eo autē tempore. ff.ſolut. matri. & tamen non priuatur poteſtate ſubſtituendi pupillariter. Et ideò hanc ſententiā ſuſtinent Bald.l.humanitatis.n.35.C.de impuberum, & alijs ſubſtit. & ibi Barbatius in additionibus, verſ. quæro ergo. Et ibi Corneus.n.7.Salycetus.n.15.q.2.Immol.c.Raynuntius.n.137.de teſtam. & l.ex facto, in principio.nu.19.ff.de vulgari.& ibi Ripa nu. 67. Iaſon, num.25.Hieronymus Verius.n.230. dicens hanc de iure eſſe veriorem. Antonius Gomez tomo.1. variarū c.6.nu.9. Et hanc videtur ſequi Bertachinus in ſuo repertorio, littera.S. verb.ſubſtitutio exemplaria, verſ.ſubſtitutio exemplaris facta per matrem. Hanc enim ſentētiam refert in vltimo loco.

25 Sed eſto eſſet vera prior ſentētia, eſt grauis difficultas, an ſubſtitutio exēplaris facta per matrem viduā, fiat irrita ea poſtea ad ſecundas nuptias tranſeunte? Quidam id affirmant. Quia actus nondū perfectus, & conſummatus vitiatur, ſi ad tempus deueniat, in quo initium ſumere non potuit l.ſi ſub vna.§.ſi quis viam.ff. de verbor.obligat. At hæc ſubſtitutio non eſt perfecta ſuperſtitibus filio & matre. Cùm ergo poſt ſecundas nuptias effici nō potuerit, euaneſcet quoq; ante illas facta. Secundò, quia incapacitas ſuperueniens ſubſtituto irritat.l.cohæredi.§.cùm filio.ff.de vulgari. Ergo à fortiori incapacitas ſubſtituētis ſuperueniens. Ita ſuſtinent Bar.l. ex facto, in principio, nu.13.ff. de vulgari. & ibi Alex.num.32.verſ.vel potes reſpondere. Iaſon.n.26.Immol.c.Raynun.nu.137. de teſtam. Baldus de Vbaldis, Bartolus de Huſio, Spin. n.22. allegati. Alij dicunt nō vitiari, ſi piè, & humanè facta ſit, qualiter à filio ſui compote fieret, ſecus ſi aliter. Sic Angelus de Aretio, Angelus de Gambellionibus, Gulielmus Benedictus, Boerius allegati, num.23. Alij dicunt ſi ſtatim ac fecit ſubſtitutionem exemplarem tranſeat ad ſecuudas nuptias, eam euaneſcere, ſecus ſi ex interuallo. Quia in priori caſu adeſt ſuſpicio ſubſtitutionis dolo factæ, quæ ceſſat in poſteriori. Sic Franciſcus de Aretio.d.l.ex facto, in principio, nu.14.& ibi Ripa.n.68.Paulus Leonius.num.49.& 50. Sed verius eſt, adhuc retenta ea ſententia illam ſubſtitutionē minimè euaneſcere. Quia cū tranſitus ad ſecundas nuptias non ſit delictum, non eſt cur ſpectandum ſit mortis tempus ad valorem ſubſtitutionis tēpore habili factę. Secūdò, quia poteſtas hæc ſubſtituēdi denegatur huic matri ratione ſuſpicionis, quæ ceſſat in ſubſtitutione facta ante eū tranſitum, ex quo ſuſpicio conſurgit. Tertiò, quia non obſtāt rationes oppoſitę, nō prima. Quia ea ſubſtitutio eſt actus perfectus, & conſummatus, licèt exequutio pendeat in futurū, ideſt, ſucceſsio: & conſtat, quia furioſus nequit teſtari.§.furioſi, inſtit.quibus non eſt permiſſum facere teſtamentū: & tamē teſtamētum ab eo ante furorē factū non extinguitur.§.itē furioſi, inſtit.eodē tit. Nec obſtat etiā.§.cū filio. Quòd loquatur quando incapacitas ſuperuenit in perſona illius, cui ſubſtituitur ex capitis diminutione, quia fuit emancipatus. At in caſu noſtro incapacitas ſuperuenit in ſubſtituēte, nec mater ſecundò nubens diminuitur capite: maximè cùm teſtamentum matris valeat. Vel ſecundo dic procedere in ſubſtitutione pupillari. Et ratio differētię eſt manifeſta. Quia pupillaris eſt inducta de rigore iuris ob patriā poteſtatē, quare ea ceſſante ceſſat. At exemplaris ex humanitate. Vnde legitimè antea facta non euaneſcet per ſecundas nuptias ſubſequentes. Et ita docent Baldus.l. humanitatis. C. de impub. & alijs ſubſtit.num.35. & ibi Salycetus.q.3.nu.16.Cumanus.d.l.ex facto, in principio.n.18.Hieronymus Verius.nu.23. Berthachinus.n.24.allegatus.

Pater autem tranſiens ad ſecundas nuptias poteſt abſq; dubio filijs exemplariter ſubſtituere. Quia legislatores magis ei quā matri fidunt, & ideo eum non priuant tutela, ſicut priuant matrem. Sic docent Alexand.l.ex facto in principio, num.32.ff. de vulgari, & ibi Angelus de Peruſio, nu. 4.Hieronymus Verius, numer.231. Franciſcus Aretinus, num.13.Garronis rubrica C.de ſecund.nup.in noua editione. n.47. 26

pœna. 22. Boerius dicens in hoc omnes conuenire, deciſ.188.n.2.Matienço lib.5. recopil.tit.1.l.3.gloſſ.2.n.37.

27 Octaua pœna eſt. Quamuis mater non excludatur per tacitam ſubſtitutionē pupillarem, at fallit iuxta aliquos, quādo mater ſecundò nubit. Quod vt intelligatur, ſupponendum eſt, ſubſtitutionem pupillarem expreſſam, qua pater hæredem ſubſtituit filio ſub ſua poteſtate conſtituto decedenti intra ætatem pupillarē, excludere matrem etiam in legitima iure ſibi debita, vt ſi pater dicat, ſi filius meus intra ætatem pupillarem deceſſerit, inſtituo hæredem illius Caium, decente filio intra ætatem pupillarem ſuccedet plenè Caius excluſa penitùs matre.l.Papinianus. §.ſed nec impuberis.ff. de inoffic. teſtament. l. precibus. cap. de impuber. C. ſi pater, de teſtament. in 6. At tacita pupillaris ſub vulgari expreſſa contenta non excludit matrem, vt ſi teſtator dicat, Inſtituo meū filium hæredem: & ſi ille hæres meus non fuerit, inſtituo Antonium, tunc eſto filius poſt patrem moriatur, ſi tamen intra pupillarem ætatem decedat, ſuccedet Antonius excluſo hærede ab inteſtato, idque propter tacitam pupillarem incluſam in illa ſubſtitutione vulgari ex vno ſolo capite expreſſa. Ita habetur expreſſè.l.iam hoc iure.ff. de vulgari. At ſi pupillus ille matrem habeat, ea non excludetur ex hac tacita pupillari, ſed ſuccedet in bonis, Antonio ſubſtituto excluſo, vt tenet Gloſſa communiter recepta.l.finali, per illum textum.C.de inſtitut.& ſubſtit. & l.precibus C. de impuberum, & alijs ſubſtit. Fallit tamen hoc, quando ſufficientes coniecturæ ſunt fuiſſe teſtatoris volūtatem, vt excludatur mater, vt cum Gloſſa dict.l. precibus, verb.omni modo ſubſtinent omnes argumeuto textus.l.teſtamento, la.1.in fine.C.de militari teſtamen. l. iam hoc iure ff.de vulgari. Hoc ergo ſuppoſito, difficultas eſt, an ſufficiens coniectura ſit voluntatis patris vulgariter ſubſtituētis filio impuberi, excludendæ matris per tacitam pupillarem ibi incluſam, ſi ea ad ſecundas nuptias trāſierit? Qua in re duplex eſt ſententia. Prima ſuſtinet excludi. Quòd iniuria marito, ac filijs inferatur (vt diſput.ſequenti, num. 2.oſtendemus.) Sic tenent Angelus de Peruſio. l. 2.§. finali num. penultimo.ff.de vulgari, &.l.precibus, nu.5. in fine. C. de impuberum, & ibi Decius numer. 19. verſic. & retenta. Iacobus de ſancto Georgio. l. finali.C. de inſtitut. & ſubſtit.Corneus conſil.28. numer. 3. verſic.prima quia dicta mater, volum. 4. Menochius de præſumpt.lib.4.præſumptione.39.numer.65.& alios nouē refert Marcus Aquilinus.l.Centurio.p.4.nu. 198. ff. de vulgari.

Secunda ſententia (cui tanquam probabiliori accedo) tenet minimè excludi eam matrem. Quia nullo iure per tranſitum ad ſecundas nuptias priuatur iure ſuccedēdi filio, contra ſubſtitutum in tacita pupillari. Et in hac materia priuationis per ſecundas nuptias valet optimè, Non reperitur lex, ergo non debet indici hæc priuatio, vt eſt textus auth.de non eligendo ſecundò nubentes.§.cū igitur, verſ.ſicut enim, ibi. *Nec quælibet eſt lex aliquid tale dicens.* Quem textū ad hoc ponderat Bald. auth. ex teſtamento.n.5.C.de ſecun.nupt. Itē, quia per tranſitum ad ſecunda vota nō priuatur ſucceſsione filij ab inteſtato, dūmodo ſi tutrix illius ſit, petierit ei tutorem dari.l. 2. §. ſi mater. ff. ad Tertul. Ergo nec priuabitur per tacitam pupillarem. Tandem, quia non quælibet iniuria inducit legati ademptionē, vel hæreditatis, ſed quæ grauis eſt.l.3.in fin.cū ibi notatis.ff. de adim.legatis. At hæc iniuria non cenſetur grauis. Sic docent Immola.c. Raynuntius num. 118. ne teſtam. Alexand. l.2.in principio, numer.33.in fine.ff.de vulgari, & ibi Aretinus, numer. 10.idem Immol. ibi.nu.11.Iaſon.nu.39.Ripa nu. 53. & l. Centurio n.138.ff.de vulgari. Idemmet Franciſ. Aretin.conſ.155.aliàs. 154. periculoſum eſt.n.10.& 11.Corn.l.fin.n. 5. verſ. prætereà in terminis. C. de inſtit.& ſubſtit. & conſil. 322.lib.3.ad finem.Seuerianus.l. precibus num.11.C.de impuberum.Garronis rubrica.C.de ſecund.nupt.in noua edition.numer.44.pœna.20. Gulielmus Benedictus cap.Raynūtius, verb.ſi abſq; liberis, el.2. vbi de pupillari ſubſtitutione, nu.95. Lancelotus Polyticus in tractatu ſubſtitutionum, vbi de vulgari, particula.6.q.7.num. 44.(habetur tom.8.tractatuum.p.1.) Alexander conſil.51.n.16.vol.7. Decianus cōſil.82.n.37.in fine, & ſequenti, lib.3.Antonius Gomez tom.1.variarum. c. 4.nu.11. Mantica de coniectur.vltimæ volūt.lib.5. tit.15.n.28.& 29.& communis.

Quòd ſi maritus legatū reliquerit vxori ſub cōditione abſtinēdi à ſecūdis nuptijs, cōmunis ac verior ſententia habet, ſufficientem eſſe coniecturam adeo exoſas ha- 29

buiſſe virũ ſecundas vxoris nuptias,vt voluerit per tacitam pupillarẽ excludere matrem ſecũdò nubentẽ. Si enim teſtator voluit vxorẽ ad eos tranſeuntẽ nec partẽ legati habere, à fortiori nec in vniuerſo filij patrimonio eã ſucedere voluit. Sic Bald.l. precibus.n.13.C. de impuberũ. Alex.l.2. in principio.n.32.ff.de vulgari.Garro.rubri.C.de ſecũd.nuptijs, in noua editione n.41.pœna.20.Guliel.Bened.c. Raynun. de teſtam.verſ.ſi abſq; liberis,el.2. vbi de pupillari ſubſtitutione.n. 94. Menochius de præſumpt.lib.4.præſum.39.n.58. Mãtica de cõiect.vlt.volũt.lib.5.tit. 15.n. 15. & 16.Quãuis contrariũ (& quidẽ probabiliter)ſuſtineant Immol.c.Raynun. n.118. de teſtam.Ripa.l.2.n.56.ff.de vulgar. Lancelotus Polytus tractatu ſubſtitutionum, vbi de vulgari,in ſecũdo effectu.n.44.fin. Ducuntur, ꝙ ad excluſionẽ legati in caſu ſecundarũ nuptiarum tractatur de matre excludenda à parte bonorum teſtatoris:at quando tractatur de excludenda matre à filij pupilli ſucceſsione, nõ agitur principaliter de excludẽda matre à bonis teſtatoris,ſed ab hæreditate filij,ad quam de iure ab inteſtato vocatur. Deinde,ꝙ mater ſecũdo nubens priuetur legato. l. fœminæ. C. de ſecund.nup.at nõ priuatur iure ſuccedendi.Sed reſpondeo cũ Mantica eo.n. 16.in diſpoſitione legis non eſſe bonã cõſequentiam, Priuatur legato. Ergo hæreditate: valere tamen in diſpoſitione teſtatoris: in qua per coniecturas proceditur. Si enim vir noluit vxorem ſecundò nubentẽ gaudere beneficio legati ob ſecundarum nuptiarũ odium. Fortiùs creditur noluiſſe eã frui cõmodo ſucceſsionis ipſi⁹ pupilli.

30 Similiter ſi vir reliquit vxori legatũ donec vitam vidualẽ ſeruarit, coniectura eſt ſufficiens excluſionis ipſius per tacitã pupillarem, ſi ſecũdò nupſerit. Quia cùm id legatũ annuũ duret toto tẽpore vidualis vitę vxoris, poteſt deberi tã à pupillo, quã ab eius ſubſtituto, durante vita viduali vxoris poſt pupilli mortem. Sicut ergo per tranſitũ ad ſecunda vota, voluit vir priuari vxorem eo legato, etiã in perſona ſubſtituti,ſeu alterius hæredis pupilli, eadem ratione præſumitur eum voluiſſe, illam per tranſitũ ad ſecunda vota excludi per tacitã pupillarẽ ab ipſius pupilli ſucceſsione. Atq; ita docent Bartol.l. 2.in principio.n. 42.ff.de vulgari. Et ibi Alexander, nu.32. Ripa.nu.52.ad finem. Socinus ſenior. nu. 28.Franciſcus Aretinus. n. 10.& conſ. 154. periculoſum.nu.10.Socinus Iunior. d.l.2. n.125.Immola.c.Raynun. n.118. de teſta. & ibi Gulielmus Benedict.verb.ſi abſq; liberis,el.2.vbi de pupillari ſubſtit.nu. 94. Angelus de Aretio inſtit. de pupillari, in principio.n. 25,Idem Alexand. conſil.12. n.19.volum.3. Baldus de Vualdis de ſubſtit.vbi de pupillari.n.32. Bartolus de Hucio de ſubſtit.c.2.de pupillari.n.23.(vterque habetur tom.8.tractatuũ.p.1.) Antonius Gomez tom.1.variarũ.c.4.n.11.Menochius de præſump.lib.4.præſum. 39.n. 58. Mantica de coniecturis vltimæ volunt. lib.5.tit.15.n.13.Quãuis Iaſ.d l.2.in principio.n.39.verſ.circa, dicat ſe vehemẽter dubitare de hac doctrina. Et eã reprobat Lancel.Polyt.tractatu de ſubſtitut.vbi de vulgari,particul.6.q.7.n.44.dubio.5. ſed circa horũ impugnationes cõſulendus eſt Menochius proximè allegatus.

31 Nona pœna eſt,quãuis vidua dũ in eo ſtatu permanet, gaudeat priuilegijs honoris mariti: eò ꝙ cẽſetur ſub præcedẽti matrimonio eſſe.l.vltim.C.de bonis mater. vbi omnes ſcribentes id expendunt, & Pinellus ibi.n.4.Tiraq.de nobilit.c. 18.nu.9.& probatur ex.l.fœminæ,in fine.ff. de ſenator.&.l. filij, verſ.vidua.ff.ad municipiũ. At ſi ſecundo viro inferioris conditionis nubat, non gaudet priuilegijs honoris, & dignitatis prioris viri.l.mulieres.C.de dignit lib.12.& auth.de nuptijs,colla. 4.§.nõ tamen permittimus. Quia iam ceſſat ratio conceſsionis, cùm in poſterum non cenſeatur eſſe ſub priori matrimonio.Et ita fatentur omnes.

32 Decima pœna eſt,quãuis filius diues nequeat alimenta denegare matri pauperi ſecũdò nubẽti, ſi ea aliũde nõ ſuppetant. Vt benè docet Nouellus, Ioannes Lupus, Cãpeſius, Ripa ſtatim allegandi: per. l.ſi quis à liberis. § parens.ff.de liber.agnos.& dos ſuccedat loco alimentorum, adeò vt valeat argumentorum ab alimentis ad dotẽ: vt docet latè Euerardus in ſuis topicis,loco ab alimentis ad dotẽ.n.1.At non tenetur dotem conſtituere matri pauperi ſecũdò nubenti. Cũ enim id matrimonium cedat in filiorum iniuriam, non tenentur filij quaſi arma miniſtrare dotem conſtituẽdo,vt iniuria, ac dedecore afficiantur. Ita docent Bald.citato Guillelmo de Cuno.l. vnica,fin.C.de inoffic.dotibus: & l. ſi vineæ,in fin.C.de præſcript.long.temp.decem vel viginti annorum, &.l.ſi liberos,fine.ff.de ritu nuptiar.Alexander. l.1. n. 20,

ff.ſolut.matrim.& ibi Ripa.nu.82. Angel. nu.2.verſ.adde quòd filius. Bartolinis ibi. nu.136.verſ.filius autẽ.Croſſus.nu.89.Iaſon.§.fuerat, nu. 121.Inſtit.de actionibus. Nouellus de dote.6.p.priuilegio. 16. n.5. Cãpeſius de dote.p.1.q.21.n.vni. Ioannes Lupus.c.per veſtras,notabili.3.§.20.n.6. verſ.itẽ filius,de donat. inter vir. & vxor. Corraſ.l.qui liberos.n.115.ff.de ritu nupt. Boerius deciſ.129.fin. Guliel. Benedictus cap. Raynuntius, de teſtam. verb.dotem, quã ei dederat.n. 70.Paul. de Montepico. l.in quartam.n.168.ff. ad legem falcidiam. Tiraq.de iure primog.q.62.n. 13.&.q.69. n.5.&.l.boues.§.hoc ſermone, in principio.n.145.ff.de verb.ſigni.&.l.2.cõnubiali,gloſ.1.p.2.nu.9.Garro rubrica.C.de ſecundis nupt.in noua edition. n. 83.pœna. 46.Syluanus conſi.2. nu.27.Baeza de non melior.fili.c.12.n.46.Barboſa. l. 1.p. 4.n. 136.limitatione.1.in fine.ff.ſolut.matrim. Marzarius conſil.30.n.3.Pedroſa conſ.35. n.37.& 38.Quanuis aduerſus omnes dicat hoc iure non probari Immol.l.1.n.7.ff.ſolut.matrim. Hoc tamen intelligitur, ſi filius aliunde ſit diues, quã ex paterna ſubſtantia.Quia ſi bona paterna ſupereſſent, mater inops ſuccederet in quarta parte: iuxta auth. prætereà. C. vnde vir. Sic Nouellus,Bartolinis,Barboſa ibidem. Et adeo verum putant aliqui, non teneri filium dotem conſtituere matri ſecundò nubẽti, vt id procedat, quãuis ratione ætatis ſubſit incontinentię periculũ.Quòd verſetur eadẽ ratio iniuriæ filiorũ.Sic allegato Guillelmo de Cuno Baldus.l.vnica, in fine.C. de inoffi.dotibus.Corraſius.d. nu.115.At verius eſt tunc teneri filiũ. Quòd hęc non ſit iniuria lædens nomen, ac filiorũ honorem,qualis eſt matris meretricium. Ergo tenetur potiùs filius meretricium hoc cauere: ſic enim magis proſpicit honori matris,& proprio:ac inter duo mala eſt minus eligendum.c.nerui.d.13.& ita docent Tiraq.de iure primo.q.62.nu.13.& l.2.cõnubiali,gloſ.1.p.2.n.9. Boer. Gulielmus Benedict⁹,Nouellus,Bartolinis,Baeza. n.49. proximè allegati. Et quãuis omnes hi põderẽt matrẽ eſſe pulchrã,& iuuenẽ.At bene Baeza eo.n.49.dicit idẽ eſſe, quãuis nõ ſit pulchra,exiſtẽte incontinẽtię periculo. Et idẽ credo velle reliquos,nã verè incõtinentiæ periculũ ſolũ ponderant: exẽplificant autẽ quando periculũ hoc ſubſit,vt ſi mater ſit iuuenis,& pulchra.

33 Vndecima pœna eſt, Nequit mater tranſiens ad ſecundas nuptias reuocare ratione ingratitudinis donationẽ factã filijs prioris matrimonij. Habetur expreſſe.l.his ſolis. 7.C.de reuoc.donat.& auth. quod mater. C.eo. tit.&.§.mater,auth.de nupt.in quibus authẽticis triplex excipitur caſus. Primus eſt,ſi filius vitæ matris inſidietur.Secũdus,ſi manus impias in eã intulerit.Tertius, ſi totius ſubſtantiæ molitus ſit iacturã. Et ratio huius pœnæ redditur. d. auth. mater, quia potiùs contẽplatione vitrici eam reuocationẽ facere præſumetur, quã ob ingratitudinem.Hæc autem pœna non habet locum in patre tranſeunte ad ſecundum coniugium.Quia in illo non inuenitur expreſſum: & quia nõ eſt veriſimile fore, vt ita facilè animum mutet propter ſecundam vxorem, ſicut mater ob ſecundũ virum.Sic Gloſſ. d.auth.mater verb. niſi tamen,&.d.auth.quod mater,in fine.

34 Duodecima pœna iuxta aliquos eſt, vt quanuis in bonis mariti prioris habeat vidua tacitam hypothecã pro dote ſibi reſtituenda,iuſq; prælationis.l.aſsiduis. ff. qui potiores in pignore:at ſi migret ad ſecundas nuptias,ceſſat hoc priuilegiũ.Quòd id cõceſſũ ſit, vt faciliùs fœmina in matrimoniũ collocetur, iuxta.l.1. cũ ibi notatis.ff. ſolu.matr.Quę ratio iã ceſſat, cũ nupſerit. Et ita tenẽt aliqui,quos tacito nomine refert Garronis ſtatim allegãdus.Cæterũ tenendũ eſt oppoſitum. Quòd dos ſit neceſſaria non tantũ vt fœmina in matrimoniũ collocetur, ſed etiã ad matrimonij initi onera ſuſtinẽda.l.pro onerib⁹.C.de iure dotiũ,quę ratio nõ ceſſat vbi fœmina nupſit. Et ita docẽt Bart.l.nupta,in principio. n. 2.citãs Iacobũ de Aret.ff.ſolut.matr.Baldus.l.2.fin.ff. de iure dotium.Alexan. l.1. n.4.ff.ſolut.matr.Angelus inſtit.de actionibus.§.fuerat.n.16.& ibi Iaſon.num.96. Garronis rubrica.C.de ſecund.nupt. in 2. editio.n.52.pœna.26.

35 Decimatertia pœna eſt. Pater rogatus ab auo reſtituere hæreditatẽ filijs, tenetur ſatiſdare de ea reſtituẽda, ſi ſecundã vxorem ducat.l.iubem⁹.§.in ſupra dictis.C.ad Trebel.& auth.de nup.§.placet,& docet Matien.lib.5.recop.tit.1.l.3.gl.2.n.12.& quãuis nõ teneatur aliàs cautionẽ præſtare de bono vſu aduentitiorum, quorũ habet vſumfructũ, at in hoc caſu quo tranſit ad ſecũdas nuptias tenetur.l.hac edictali. §. his illud.C.de ſecund.nupt. & optimè Pinell. l.1.p.2.n.31.& 75.C.de bonis matern.Matienço ea gloſſ.n.16.

36 Decimaquarta pœna eſt. Quanuis mater bona filij adminiſtrans nõ teneatur de modicis rationẽ reddere. l. quãuis. ff. de cõdi. & demõſtrat: at ſi ſecũdò nubat, tenetur, auth. de nup. §. ſin autẽ tutelá, & ratio eſt, ꝙ ius pręſumat malã fidẽ in hac matre ob victrici amorẽ. Ita docent Bald. l. cũ oportet. §. fin. n. 4. C. de bonis, quę liberis. Paulus ibi. §. fin. in fin. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. gloſſ. 2. num. 40. Quod procedit, licèt à viro relicta ſit tutrix filiorum, & à reddendis rationibus releuetur, vt benè docet Garronis rubrica. C. de ſecund. nupt. in 2. edition. n. 75. pœna. 39.

37 Tandẽ dubitatur, an valeat pœna ſub qua coniuges ſe obligãt ad abſtinendũ ab alio coniugio poſt illud diſſolutũ? Qua in re præmittendũ eſt, pœnam, qua ſe obligant ſpõſi ad nõ reſiliendũ à ſpõſalibus, nullius eſſe momẽti, propter matrimonij libertatẽ (vt latè diximus lib. 1. diſp. 30. & ſequẽ.) Quod procedit quãuis perſona aliqua fidẽ det alteri de matrimonio ineũdo, vouens ſe ingreſſurũ religionẽ, aut caſtitatẽ ſeruaturũ, aut quippiã aliud facturũ, ſi non ſtet promiſsis: id enim votum minimè obligabit, quãuis iuramẽto id firmetur (vt de pœna iuramẽto firmatã ibidẽ diximus.) Quãuis enim. c. Gẽma, de ſpon. vbi pœna ſpõſalibus appoſita irritatur, agat de pœna tẽporali: ſic enim caſus eſt propoſitus Põtifici: at ratio ibi in textu reddita, *Cùm itaque matrimonia libera eſſe debeant*, æquè procedit in omnibus pœnis etiam ſpiritualibus. Nõ enim minùs timor caſtitatis ſeruãdæ, aut religionẽ ingrediẽdi impediret libertatẽ matrimonij, eò vel maximè ꝙ modica pœna etiã ibi caſſatur (vt illic probauim⁹.) Præterea, quia textus eodẽ. c. Gẽm. reddita ratione libertatis matrimonij, ſtatim ſubijcit, *Et ideo talis ſtipulatio propter pœnæ interpoſitionem ſit meritò improbãda*: quod idẽ procedit in quauis alia ſtipulatione pœnali cuiuſcũq; rei: vt potè quæ libertatem in matrimonio cõtrahẽdo deſideratã aufert. Et re hac cũ viris ſapiẽtibus, quos cõſului, tractata, approbarũt illi hãc meã ſententiã. atq; ita bis cõſultus reſpõdi. At principalis difficultas eſt, an valeat cõtractus iureiurãdo firmatus, quo in cõtractu matrimonij cõiuges ſub certa pœna ſe obligant ad abſtinendũ à poſterioribus nuptijs, prioribus illis diſſolutis? Videtur enim id pactũ nõ valere, per. d. c. Gemma, vbi ſtipulatio pœnalis reijcitur ob matrimonij libertatẽ, & l. Titia. ff. de verb. oblig. idẽ deciditur, & per. l. quoties. 22. ff. de cõdit. & demõſt. vbi cõditiones, ſi non nupſerint aliqui, reijciũtur, & per. l. adigere. 6. ff. de iurepatronatus. in fine, ibi. *Lege Iulia de maritãdis ordinibus remittitur iusiurandũ quod liberto in hoc impoſitũ eſt, ne vxorẽ duceret, libertæ bene nuberet, ſi modò nuptias cõtrahere rectè velint.* Vbi Gloſ. verb. remittitur, ait hæc. *Nota legẽ vim apoſtolicã retinere, vt remittat iuramentũ.* Et ſtatim quærit, quid ſi aliquis ſpõte iurarit, aut vouerit caſtitatẽ, aut abſtinentiã à cõiugio ineundo, nũ poſſit matrimoniũ cõtrahere? Et non reſpondet. Et Alberic. auth. cui relictum, nu. 2. C. de indicta viduit. mota priori quæſtione, de pacto iurato abſtinẽdi ab alijs nuptijs, ait poſſe dici id pactum non valere in virgine, ſecus in vidua: in qua cõditio nõ nubendi minimè reijcitur, per illã authenticã: & ait idẽ eſſe ſiue in vltima volũtate, ſiue in contractibus apponatur virgini cõditio non nubẽdi. Vnde cõcludit poſſe illos abſq; periurij metu, & pœnæ, iure ciuili cõtrahere: at fortè attẽto iure canonico non poſſe cõtrauenire abſq; iuramẽti relaxatione. Et deciſ. Tholoſſ. 292. item fuit quęſitũ, per totã, ait pœnã, nec iuramentũ obligare: quia eſt contra bonos mores. Idẽ ſequitur Garronis rubrica. C. de ſecũd. nup. in noua editione, colũna vltima totius rubricę. nu. 145. vbi ait prædictã deciſionem idẽ velle de iure canonico. Et ſubdũt. d. deciſ. Tholoſſ. & Garronis eodẽ loco id etiã procedere in vidua: nec obſtare. d. authenticã cui relictũ, vbi in vidua admittitur cõditio, ſi nõ nubat. Quia id verũ eſt, ne vidua admittatur ad relictũ ſub ea cõditione ſibi factũ, & ſic ad lucrũ; ſed non vt incidat in pœnam, & periuriũ, contrauenięns pacto, vel cõditioni abſtinẽdi à ſecũdis nuptijs. Sed fateor magnam eſſe horum Doctorum authoritatem: nõ poſſum tamen adduci, vt ijs fidẽ habeam. Quia. c. Gemma, & l. Titia, quibus hi Doctores innituntur, ſolùm decidunt non valere pœnam, qua quis ſe obligat ad matrimonium ineundum, ne in eo contrahendo libertas deſiderata metu pœnæ deficiat. Quippe matrimonia coacta difficiles ſolẽt exit⁹ habere. c. requiſi. de ſpõſ. At hìc agitur de abſtinẽdo à ſecũdis nuptijs, in quo euẽtu nullus eſt textus, qui faueat libertati talis matrimonij ineũdi: imò cõditio ab allis abſtinendi valida eſt, ac iure ciuili admittitur, authen. cui relictum. C. de indicta vidui. Et quanuis in primis nuptijs reijciatur à

legato cõditio illas nõ cõtrahendi, fauore prolis: at iuramentũ, vel votum ſub certa pœna valent iure canonico: aliàs votum caſtitatis non valeret in virgine.

SVMMARIVM.

AN pœnæ ſtatutæ ſecundò nubentibus in fauorem filiorum, ſint correctæ iure canonico? Refertur quædam ſententia. n. 38.

Proponitur ſententia Authoris n. 39.

Non corrigitur pœna, vt ſecũdò nubẽs teneatur reſeruare filijs prioris matrimonij bona habita à cõiuge defuncto: nec vt nequeat dare marito plus quàm vni ex filijs. n. 40.

Nec corrigitur, vt ea mater perdat tutelã, nec pœnæ, quas incurrit ob non petitum tutorem corriguntur, nu. 41.

An corrigatur, matrem, ſecundò nubentem priuari educatione filiorum, & non poſſe exemplariter ſubſtituere: & excludi per tacitam pupillarem? nu. 42.

An ſit correctum, vt fœmina ſecundò nubẽs perdat priuilegia honoris mariti: & ne filij teneantur eã dotare: & ne poſsit reuocare donationẽ ratione ingratitudinis: & vt teneatur pater ſatisdare, & vt mater teneatur rationem de modicis reddere? nu. 43.

Satisfit argumentis, nu. 44.

38 QVęſtio Poſterior. An prædictæ pœnę in fauorem filiorũ prioris matrimonij ſtatutę, ſint correctę iure canonico? Quidã affirmantẽ partem tuentur. Quia. c. fin. de ſecund. nupt. aſſeritur mulierẽ habere liberam facultatẽ ſecundò nubẽdi. At non poteſt dici libera facultas, vbi adeſt met⁹ pœnæ. c. Gẽma, de ſpon. Secundò, quia fauor filiorũ non debet anſam dare auferẽdæ libertatis à Deo cõceſſæ tranſeũdi ad ſecundas nuptias, & negari nõ poteſt metu earũ pœnarũ auferri. Et cõfirmatur, quia aliquę pœnæ infra annum luctus ſtatutæ concernunt fauorẽ filiorũ, vt medietatẽ bonorũ eſſe illis reſeruandam. Et tamẽ omnes eſſe correctas iure canonico, probauimus diſp. pręcedẽti. Tertiò, quia lex ciuilis caret poteſtate pœnas indicendi matrimonij libertatẽ impedientes. Hanc ſententiã ſuſtinet Abb. c. Eccleſ. n. 15. & in repetitione eiuſdẽ. c. n. 20. de cõſti. quãuis. c. fin. n. 3. de ſecund. nupt. non ita audacter, ſolùm enim dicit ſe illam defenſurum, niſi audax notaretur. Eandem tenet Felinus. d. c. Eccleſia n. 56. in 1. declaratione, & Deci⁹ ibi. n. 125. verſ. in puncto iuris, in noua editione, dicit in puncto iuris eſſe veriorẽ, & ibi Franciſcus Aretinus ad finem, ait de iuris ſubtilitate poſſe defendi tanquam meliorem: quãuis in iudicando minimè ſit à contraria recedendũ, & Præpoſ. d. c. fin. nu. 3. col. pen. verſ. & ex his infero, ait ſe in diſputationibus hanc defenſurũ opinionem, at in iudicijs non auſurum. Et Ripa. l. fin. q. 26. n. 98. C. de reuoc. donat. dicit facilè poſſe defendi. & Minchaca de ſucceſsionũ progreſſu, lib. 3. §. 27. nu. 29. dicit omnes pœnas. l. 1. & toto, tit. c. de ſecund. nupt. eſſe hodie iure canonico ſublatas, & hanc eſſe communem ſententiam: in quo titulo omnes pœnæ prædictæ continẽtur, vt cõſtat ex dictis in tota hac diſputatione.

At tenenda eſt cõmunis ferè omniũ ſententia, aſſerens pœnas iure ciuili inductas ſecundis nuptijs poſt annũ initis, vt potè quæ in filiorum fauorẽ ſunt, minimè eſſe correctas iure canonico: atq; ita hodie in vtroq; foro ſeruãdas eſſe. Quia pœnę poſt annũ luctus ſtatutę non ſunt merè pœnę, ſed filiorũ prouiſio, ad quas ſtatuẽdas iuſtiſsima ratione ius ciuile ductũ eſt: attendit enim ſępiſsime euenire, vt parẽtes poſt trãſitũ ad ſecũdas nuptias, amore poſterioris cõiugis allecti filios prioris coniugij odio proſequãtur: atq; adeò illos inquantũ poſſunt, velint bonis priuare, vt ea omnia poſteriori cõiugi relinquant. Deinde, quia nõ vt pœnæ ſunt indictę, ſed quia ęquitati naturali cõſonat, vt bona laboribus prioris cõiugis quęſita, nõ cedãt in victrici, aut eius filiorũ vtilitatem, exiſtentibus filijs ex priori coniugio habitis. Tandẽ, quia aliud eſt pœnã pati, & aliud, ad lucrũ ex mariti bonis proueniẽs ſub ea cõditione delatũ, vt ſi ad ſecundas tranſeat nuptias amittat proprietatẽ, & reſeruetur filijs prioris matrimonij, inuitari. Pœna enim qua ſecũdæ nuptiæ interdicuntur, reijcitur. At nullibi habetur in iure canonico, lucrum illud ex bonis mariti ſub ea conditione alteri cõiugi ſupeſtiti lege delatum, plenè acquiri, non ſeruata conditione abſtinendi à ſecũdis nuptijs. Et ideò hanc ſententiam tenent Gloſſ. l. 1. verb honorarias. C. de ſecund. nupt. & ibi Cynus fin. Bart. fin. Baldus. n. 8. Alberic. fin. Salycetus fine. Idem Bart. auth. de nuptijs, collat. 4. §. primæ ſiquidem. nu. 3. Additio ad Gloſſ. l. decreto. 19. verb. cõtrahere. c. ex quibus cauſis infamia irrogetur, & ibi Bald. fin. & l. liberorum. §. & ſi talis. n. 3. ff. de his qui notantur 39

infamia.Innoc.c.finali,in fine, de ſecund.
nupt.Hoſt.ibi.n.3. Ioan.And.n.5. Anton.
n.2.Cardinalis.n.1.q.1. Anchar.nu.9.q.2.
& nu. 10.q.3.fin.Alexander de Neuo.n.14
Henricus.n.vlt.idem Anton.c.1.nu.12.de
ſponſal.idem Anchar.repetition. c. cano-
num.n.55.verſ.iuxta prædicta accedat, de
conſtit.& conſil.17.ex prędicto themate,
in principio.Dominicus.c.placuit, col.2.
d.32. Angelus de Peruſio auth. de non eli-
gendo ſecundò nubentes, in principio.n.
6.& repetitione.l. mater.nu. 4. & l.ſi qua
mulier.n. vnico.C.ad Tertul. vbi & Cor-
neus.n.1.& d.l.mater.n.2. & conſ. 125.n.
3.lib.3.Ripa rubric. C. de ſecund.nupt.in
fine, & l.fin.q.26.n.98. C.de reuo.donat.
Decius rubr.c.de ſecund.nupt.nu. 6.Gu-
lielmus Benedictus.c.Raynuntius, verb.
& vxorem, deciſ. 5. vbi de ſucceſsione ab
inteſtato.n.90.Alexander conſil.3. nu.12.
lib.7.& ibi Molinæus in additionibus,lit-
tera.C.Matthæus de Aflictis deciſio. Nea
politana.75.n.5.Romanus conſil. 182.n.1.
Pariſius conſil.29.n.8.volum. 3. Nicolaus
de Vbaldis de ſucceſsione ab inteſtato.p.
2.n.8.Bologninus addition. ad Mattheſſy
lanum de ſucceſsion.ab inteſtato, artic.2.
principali,membro.1.n.31.& additionibus
ad conſilium.73. Ananiæ in fine. Sylu.nup
tialis lib.2.verb. diuiti non eſt nubendum
nu.78. Boerius deciſione.186. n. 2. Gar-
ronis.l.1.n.133.in noua editione, & auth.
eiſdem pœnis.nu. 11. C. de ſecund. nupt.
Ioannes Lupus.l.15.Tauri.n.6. Brunellus
de ſponſalibus,concl.19.n.6.Nicolaus A-
relatanus in ſuis reſponſis,reſponſo. 1.nu.
3.Rebuffus. 1. tomo conſtitutionum, tit.
de conſtitutionibus,in procœmio, gloſſ.5.
nu.66.Montal.lib. 3.fori,tit.1.l.13.verb.
pierda.Antonius de Roſellis de ſucceſsio
ne ab inteſtato.n.194.(habetur tom. 8.tra
ctatuum.p.1.) Couar.4.decretal. 2. p. c. 3.
§.9.n.5.Gregor.Lopez.l.3. verb.Faſta vn
año, tit. 12. p. 4.Villalobos in cōmunibus
opinionibus, littera.B.n.29. Acoſta.cap.ſi
pater.1.p. verb.legauit.nu.34.de teſtam.in
6.Tello.l.6.Tauri.nu.19.Sarmiento lib.1.
ſelectarum.c.4.n.4.Antonius Gabriel to-
mo.3.commun. opin. lib.3.tit.de ſecund.
nupt.concluſ.6.n.1.Anton. Cucus.lib.5.
inſtitutionum maiorum,tit.12.n.187. Va-
laſcus conſil.16.nu.3.volum.1.Gutierrez
l.nemo poteſt.n.20.ff.de legat.2. & lib.2.
practic.q.95.nu. 5.Celſus conſil.38.nu.7.
Matienço lib.5.recopil. tit.1.l.3. gloſſ.2.
n.1.& nu.44.& tit.9.l.5.gloſſa. 8.n.5.Pe-
rez lib.5.ordinamenti, tit.1.l finali,fol.53
verſ.eſt tamen inquirendū. Azebedo lib.
5.recopil.tit.1.l.3.n.1.&.2.Lancelotus In-
ſtituta iuris canonici,lib.2.tit.de diuortijs
§.vltim.verb.abolita. Spino ſpeculo teſta.
gloſſ.14.principali.n. 100. Fuluius Pacia-
nus de probationibus, libro ſecundo, ca-
pite tertio,numero octogeſimo, & Zaual-
los in ſuis quæſt.practicis.q.742.n.5.& ex
Theologis, Molina tom. 2.de iuſtit.tract.
2.diſp.431.col.8. Ludouicus Lopez. 2. p.
inſtructorij,vbi de matrim.c.41.col.3.

Hinc infertur primò non eſſe correctā 40
primam pœnam.nu. 2. relatam, vt coniux
tranſiens ad ſecundas nuptias amittat pro
prietatem bonorum, quę à defuncto con-
iuge habuit, & reſeruetur filijs prioris ma
trimonij. Quod fatentur omnes Doctores
nu.præcedenti relati. Quòd ſit in filiorū
fauorem inducta. Nec corrigitur ſecunda
pœna relata.n. 3. ne poſsit mater illa dare
ſecundo viro pluſquàm vni ex filijs prio-
ris matrimonij,cui minus dedit.Quia ſimi
liter eſt in fauorem filiorum ſtatuta. Sic
Couar.4.decret.2.p.c.3.§.9.n.8. Matien-
ço lib.5.recopilationis, tit.1. l.2. gloſſa.2.
nu. 6.

Secundò infertur,nec eſſe correctam ter 41
tiam pœnam relatam.n.4.nimirum, vt ma
ter ſecundò nubens amittat tutelam.Quia
id ſtatutum eſt vt indemnitati filiorum cō
ſulatur, atq; euitetur bonorum diſsipatio,
quæ ſubſequenda præſumitur ex ſecundis
matris nuptijs.Sic Matienço eadem gloſ.
2.n.9. Azebedo lib.5.recopil.tit.1.l.3.n.5.
Spino ſpeculo teſtam.gloſſa.14.n. 102.&
apertè ſentiunt Doctores ſtatim allegan-
di.ſi enim non perderet tutelam, nō opus
eſſet,vt tutorem alium peteret: cùm tamē
dicant incurrere omnes pœnas, quas num.
13.retulimus, ſi non petito tutore, ac red-
dita adminiſtrationis ratione, ad ſecundas
nuptias tranſeat: nec hoc eſſe correctū iu-
re canonico.Hi ſunt,Innoc.c.fin.in fin.de
ſecund.nupt.& ibi Anton.n.2.Abbas.nu.
3.in fin.Anchar.nu.9.q.2. & repetitionn.c.
canonum. nu.55.de conſtit.Idem Abb.c.
Eccleſia.n.15.de conſtit. & repetitione e-
iuſdem.c.n.20.& ibi Felinus.nu. 56. in 1.
declaratione.Idem Hoſt.eo.c.fin.num.3.
Ioan.And.ibi.n.5.Cardin.n.1.q.1.fin.Bar-
tol.auth.de nupt.collat.4.§.ſin autem tu-
telam.n.2.& auth.eiſdem pœnis.n. vnico.
C.de ſecund.nupt.& ibi Cynus fine. Albe
ricus.n.vnico.Baldus.l.ſi qua mulier, in fi
ne.c.ad Tertul. Angelus auth. de nō elig.

ſecundò nuben.in principio.n. 9.& auth.
de reſtit.& ea quæ parit.§.virum, num.6.
Garronis rubrica. C. de ſecund. nupt. in
noua editione. nu. 24.pœna.12. fine,&.d.
auth.eiſdem pœnis.n.7. Alexander de Ne
uo. d. c.fin.nu.17. Nicolaus Arelatanus in
ſuis reſponſis,reſponſo. 1.nu. 2.Antonius
de Roſellis de ſucceſsione ab inteſtato.n.
195.Montaluus lib.3.fori,tit.1.l. 13. verb.
pierda.Couar.4.decret.2.p.c.3.§.9.nu.6.
Antonius Cucus lib.5. inſtitutionum ma
iorum,tit.12.n.188. Antonius Gabriel to-
mo.3.commun.opin. lib. 3. tit. de ſecun-
dis nuptijs,concluſ.9.n.2. Perez lib.5.or-
dinam. tit.1.l.fin.fol.54.verſ.deducitur e-
tiam.Fuluius Pacianus lib. 2. de probatio-
nibus.c.3.n.81. & Ludouicus Lopetius in
2.p.inſtruct.vbi de matri.c.41.col.3.Et ra
tio eſt, quia non punitur fœmina illa eò
quòd ſecūdò nupſerit, ſed quòd malè ad-
miniſtrarit filiorum bona, non petito eis
tutore, nec redditis rationibus, vt tene-
batur.

42 Tertiò infertur, nec corrigi iure cano-
nico ſextam pœnam.n.16. relatam, vt ma
ter ſecundò nubens priuetur filij pupilli
educatione, vt benè docet Matienço lib.
5.recopil.tit.1.l.3.gloſſ.2.nu.8. nec ſepti
mam, nempe, vt non poſsit exemplariter
ſubſtituere: ſi ſuſtineamus eam pœnam ve
rè incurri, cum Doctoribus.nu.22. allega
tis: nec vt excludatur per tacitam pupilla
rem: ſi verum eſt eam excludi, vt ſuſtinent
quos retuli.n. 27. Quippe omnes hæ pœ
næ ſunt principaliter in filiorum fauorem
ſtatutæ, & colligitur ex Doctoribus ibidē
citatis. Si enim eæ pœnæ correctæ eſſent,
non affirmarent matrem illis ſubijci.

43 Vltimò infertur, nec nonā pœnā relatā,
n.31.corrigi, nempe, vt perdat priuilegia,
& honorē mariti. Quòd nō propriè pœna
dici poſsit, ſed ex actus natura conſurgat,
eò quod per ſecundas nuptias ceſſet omninò
ratio huius cōceſsionis (vt probaui.n.31.)
ſic Garronis rubrica. C.de ſecūd. nupt.in
noua editione,remedio. 4. contra ſecūdò
nubentes.n.125.Matien.lib.5.recop. tit.1.
l.3.gl.2.n.5.& tit.9.l.6.glo.2.in fin. Spino
ſpeculo teſtamentorū.gl.14.nu.101.102.
Nec corrigitur etiam decima pœna relata
nu.32. vt filij non teneantur matrē ſecun-
dò nubentem dotare. Quod colligitur ex
Doctoribus ibi allegatis,non enim eā affir
marent,ſi correcta eſſet. Et ratio eſt, quia
non eſt propriè pœna, ſed non cōpelli fi-
lios arma ad ſuū dedecus miniſtrare. Nec
vndecima relata.nu.33. ne poſsit reuocare
donationem cauſa ingratitudinis. Quòd
ſit in fauorem filiorū priorū, ne potiùs ma
ter reuocet contēplatione vitrici. Sic Ma
tienço ea.l.3.gloſ.2.n.7. Nec tandem cor-
riguntur pœnę.13.&.14.relatæ,num.35.&
36.vt pater teneatur ſatiſdare, & mater ra-
tionem reddere de modicis. Quod vtraq;
ſimiliter ſit in filiorum fauorem. Et colli-
gitur ex Doctoribus ibidem allegatis illas
aſſerentibus, nullamq; correctionis men-
tionem facientibus.

Ad argumenta.n.38.relata conſtat ad.1. 44
2.&.3.ex ratione vltima meæ ſententię. n.
39.adducta. Nō enim omnis pœna auferēs
aliqualiter libertatē matrimonij eſt iure ca
nonico reprobata: ſed quæ cōſiſtit in pro-
prio matrimonio perdēdo: ſecus de ea quę
potiùs cōſiſtit in lucro non acquirēdo, vel
eo ſub conditione acquiſito perdēdo. Ad
confirmationem ſecundi dic eam pœnam
non impoſitam eſſe principaliter ad fauen
dum filijs, ſed ad puniendam nuptiarū in-
tra annum luctus accelerationem.

DISPVT. OCTOGESIMANONA.

Qualiter coniux ad ſecundas nuptias tranſiens teneatur reſeruare filijs prioris matrimonij bona à coniuge defuncto habita?

SVMMARIVM.

Quot ſunt quæſtiones diſputandæ, nu. 1.

Mater anno luctus, vel poſt, ſecundò nubens, amittit etiam in foro conſcientiæ proprietatem bonorum quæ à viro habuit, etiā ex filij ſucceſsione, vſufructu ſibi reſeruato, & illa transfertur ad filios priores, hūc tamen non reſeruat illis, n. 2.

An poſsit in aliqua parte horum bonorum aliquem ex illis filijs præferre: & ſit hoc iure Regni correctum? nu. 3.

An in bonis, quæ ex ſucceſsione filij ab inteſtato habuit, poſsit aliquem ex illis præferre? nu. 4.

Si prætulit aliquem ex filijs in tertio, inſtituēs virum hæredem quinti, qualiter ſuccedet